



## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,  
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]  
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum  
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

**Burchardus <Wormaciensis>**

**Parisiis, 1549**

De vasculis quibus mysteria sacra conficiuntur. ccxxiii.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10722**



da, Surge illuminare. Tertia, Gaudés gaudebo. Deinde  
guntur Sermones vel Homiliæ ad ipsum diem pertinē

*De vasculis, quibus mysteria sacra con-  
ficiuntur. Cap. CCXXIII.*

*Ex cōcil.  
Tribur.  
cui inter  
fuit rex  
Arnol-  
phus, ca.  
9.* **V**ASA quibus sacrosancta conficiuntur mysteria  
vices sunt & patenæ. De quibus Bonifacius marty-  
episcopus interrogatus, si liceret in vasculis ligneis sacra-  
menta cōficere, respondit: Quondam sacerdotes aureis  
ganeis calicibus utebantur: Nunc econtra lignei sacer-  
tes aureis vtuntur calicibus. Zepherinus XVI. Rom-  
nus episcopus, patenis vitreis Missas celebrare constituit.  
Tunc deinde Urbanus decimus octauus papa omnia mys-  
teria sacra fecit **argentea**. In hoc enim, sicut & in reli-  
cultibus magis & magis per incrementum temporum  
cus succreuit Ecclesiarum. Nostis enim diebus, qui sen-  
patris familias sumus, ne decus matris Ecclesiæ immineat  
tur, sed magis cumuletur & amplificetur, statuimus, vt de-  
ceps nullus sacerdos sacrū mysteriū corporis & sanguinis  
Iesu Christi dñi nostri in ligneis vasculis villo modo con-  
ficere præsumat. ne vnde placari debet, inde irascatur. De

*De Ecclesia à compluribus cohæredibus obfessa.*

*Caput CCXXIII.*

*Ex eodē  
concl. cui  
interfuit  
rex Ar-  
nolphus,  
cap. 32.* **Q**Uæcunque Ecclesia à compluribus cohæredibus  
obfessa, concordia, vnanimitate vndique procuratur,  
tur, ne propter aliquas disceptationes seruitutis  
Dei minuatur, & cura populi irreligiosè sagatur. Si re-  
rò cōtingat pro ea cōparticipes dissidere, & sub vno pre-  
bytero nolle eam procurare. & propterea iurgia & cōtra-  
riones tam inter ipsos, quàm inter clericos incipiant fre-  
quentare: quia iuxta Apostolum seruos dei nō oportet  
trigare, episcopus tollat inde reliquias, & sub magna cura  
honorificè collocet eas, atque eiusdem Ecclesiæ claudat  
ostia, & sub sigillo signet ea. Et vt sacrum mysterium  
villus celebret in ea antequam concordia vnanimitate, vnum  
omnes eligant presbyterum, qui idoneus sit sacrosanctum  
locum procurare, & populo Dei vtiliter præesse.

*De altaribus, in quibus sacræ reliquiæ non  
inueniuntur. Cap. CCXXV.*

*Ex cōcil.  
Africa-  
no, ca. 50* **A**ltaria in quibus corpora, vel reliquiæ martyrum non  
esse probantur, ab episcopis eiusdē loci destruantur.